



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Jesu Christi

Avancini, Niccolò

Coloniae Agrippinae, 1689

Hebdomada I. Post Epiphaniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59970)

3. *Obtulerunt ei munera.* Considera quod deus, qui se liberalitate nostra vinci non patitur, his donis rependerit. Etsi non constat, considerare tamen licet, retulit auro augmentum sapientiæ, & charitatis; thuri, orationis, ac devotionis; myrrhæ, corruptionem, seu gratiam, quâ præferunt fuerint à peccatis. Nihil frustra deo dabis, quo plus dederis, plus accipies, dabis vult accipies preciosa.

F E R I A I I I

De reditu Magorum in regionem suam.

I. *Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem.* Matth. 2. Perpetua hærebant, an eadem, an aliâ viâ redire. Recurrisse ad Deum crediderim, & orationis lumen. deus mittit Angelum, qui docet. Agnosce, & lauda dei providentiam; quod suos regit. Committe te illi, maximè in tribulationibus, & adversis, certus quod aderit.

Responso accepto, ne redirent ad Herodem. Prompti sunt, etsi via suggeratur fortior, longior, molestior, ignota. nec pensant, promississe reditum Herodi, dum deus aliud jubet, disce posthabendum respectum & motiva humana, cum quid deus, vel superior jubet: eundem viâ, quâ te Super-

tes, & Regulæ ducunt. Reflecte in priora, ordina futura.

3. *Per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Ibid. Priore via amiserunt stellam, inciderunt in Herodem, inciderunt in periculum promissione reditûs data, Quid fieret, si redirent? Faciant te propria pericula cautum. Noli eò redire, ubi expertus es, te deliquisse; vitata occasione vitabis periculum. Quàm sæpè id es expertus!

F E R I A I V.

Ex infantia Christi discite mundi contemptum.

Nolite diligere mundum. i Joan. 2. Ita te Jesus, exemplo suo alloquitur. Nascitur secretò, in nocte, sine pompa, sine hominum accursu, ignotus omnibus: & natus non se Regibus mundi, sed despectis solum Pastoribus promulgat Non est hoc vel- le latere? Quid ergò tu quæris lucem? Discite sanctè latere, & solitudinem amare, te plebi potius communicare, quàm inclytis.

2. *Nolite diligere mundum.* Considera Christum à nemine ex vicina Bethlehem, à nemine ex Jerusalem visitatum. Non ignorabant hi natum, qui Magos ipsos docuerant, ubi nasceretur Mansit ergò totis 40. diebus in stabulo despectus à suis, qui poterat sui

rat sui honorem omnibus imperare. Non
hoc mundum contemnere? & tu voles
applaudi? te æstimari? uter errat, tu?
Dei Filius!

3. *Nolite diligere mundum.* Considera
cepisse quidem Christum à Magis aurum
poterat meliorem sibi commoditatem
rare, unde magis ab hominibus æstima
tur, qui transeuntes eum videbant & con
temnebant. Non est hoc mundum despice
cùm ejus plausum habere possis, nolle
quam tu sollicitus es, ut vel lucreris æstim
tionem, vel non perdas. Elige con tempra
ad majorem Christi imitationem.

F E R I A V.

Disce ex Infantia Christi humilitate

1. **D**iscite à me, quia mitis sum, & hu
lis corde Matth. II. Ita ad te clar
Jesus ex stabulo, ex præsepi, ex pannis. Hu
militas est descensus ad vilitatem. Ad qu
tam descendit Deus, qui est infinitæ digni
tis! factus homo, servus, similis peccato
bus. Admirare, gratias age, ama. Et tu au
bis superbire? Ex necessitate tibi conve
humiliari, quia re ipsa vilis es. Expende
lilitatem tuam, & deprime cor tuum.

2. Considera quomodo Christus in
bulo occultat majestatem Dei, & perfect

nes; Sapientiam, potentiam, gloriam, diviti-
as &c. adora tu illas. Mirare, lauda, gratias
age humiliato Deo. Disce tua non jactare,
& gratias occultare.

3. Considera Christum omnia viliora e-
legisse: pro Matre pauperem, & despectam
puellam, pro nutricio fabrum, pro habita-
tione stabulum, pro cunis præsepe, pro lecto
fœnum, &c. An tu meliora affectabis? an de-
beri tibi judicabis? Confundere vilis homo,
dum pro te Deus factus est vilis.

F E R I A VI.

Disce ex Infantia Christi pauper-
tatem.

1. **P**ropter nos egenus factus est. 2. Cor. 8.
Quis? Dominus universorum, in cujus
domo sunt gloria, & divitiæ; qui omnibus
dat abundanter, pro se nihil habet superflu-
um. Inspice pauperem calam: obstupesce: æ-
stima paupertatem, quam tanti fecit Deus,
ut cum eam non reperiret in cœlo, in terris
quæstiverit. Sed rescinde etiam superflua à
te, ut Jesum propiùs imiteris.

2. Propter nos egenus factus est Non tan-
tùm caret superfluis, sed vix necessaria ha-
bet; panni vilissimi, & paucissimi; cunæ, præ-
sepe; lectus, fœnum; & ut se calefaciat, hali-
us animalium. Obstupesce pauperem deum.
Con-

Confundere, qui vis pauper esse, sed de mar-
 etum non pati, qui si fortè occurrat, in quiperf
 taris, murmurat. Disce cum paupere Job
 etiam necessarium defectum tolerare. 2

3. *Propter nos egenus factus est. Non tens.* C
 tum necessariis caruit, sed ea quæ etiam dien
 buit, vilissima fuerunt, & incommoda; te ex
 bulum frigori pervium, panni viles, præ & c.
 durum, fœnum asperum. æstima, & dic d. Divi
 Bernardo: *Quantò pro me vilior, tatiore*
mibi charior. Nonne hæc te confundunt?
 qui licet mundum deserueris, adhuc amua c
 & quæris tuas comoditates? sic ciné im 3-
 beris Jesum. ens p

SABBATHO

Disce in Infantia Christi Obe-
 entiam. seu i
 rever
 ti ob
 Redd

Humilia vit semetipsum factus ob- & sim
 ens. Philip. 2. Primus ejus nascen noc
 actus fuit obedientia. Natus enim est d. mita
 in ejus exercitio esset, ut ex Nazareth DO
 Bethlehem ascenderet. Et quis? cui ob Di
 divit? Imperatori terreno Rex Regum, C
 mini Deus, peccatori, qui tollit pecc
 mundi. Vides quanti Christus fecent ob
 dientiam. Nec in contrarium motus est asper
 quitate mandantis, nec difficultate itinera
 quia sic sciebat Patrè glorificari. Disce e; lic
 ma

POST EPIPHANIAM. 61e

sed de mare, amare obedientiam; non spectant, inquit personam jubentis, sed deum per illam jubentem; Omnis enim potestas à deo est.

2. *Humiliavit semetipsum factus obediens.* Considera quàm ab arduis coeperit obedientiam exercere, ab humilitate, paupertate extrema, adversis, & incommoditatibus, &c. Sciebat optimam esse voluntatem, quæ Divinæ consentit per omnia. Disce in Superiore Deum agnoscere, & plenum tuæ voluntatis holocaustum ad quæcumque ardua offerre.

3. *Humiliavit semetipsum factus obediens* per omnia Matri, seu in sinum accipiat, seu in fœnum reponat, & patitur se verti, reverti ad libitum Matris. Admirare Christi obedientiam, gratulare Matris felicitati. Redde etiam tam felices tuos Superiores, & sine te ab iis ad libitum moveri. Magnum hoc est superiorum solatium: magna pars imitationis Jesu.

DOMIN. II. POST EPIPHAN.

Disce ex infante Jesu patientiam.

CONSIDERA 1. potuisse Christum nasci impassibilem, amoliri à se omnem asperitatem, & dolorem: noluisse tamen; quia voluit pati in ipsa etiam tenerrima ætate; licet potuisset id differre ad robustiorem

D

æta-